

*Etsi s. d. 3. n. 96.* *Con*  
*Collegio d' los Angeles de Salapí.*

I V S T I L I P S I  
A D M I R A N D A,  
sive,  
D E M A G N I T V D I N E  
R O M A N A  
L I B R I Q V A T T V O R.

*Tertia editio correctior, auctiorque.*



A N T V E R P I A E,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A,  
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. V.

Cum Priviliis Cesareo & Regio.



SER<sup>MO</sup> PRINCIPI  
ALBERTO AVSTRIO  
IMPERATORIS FILIO,  
NEPOTI, FRATRI,  
S. R. E. CARDINALI,  
BELGICÆ SVPREMO GVBERNATORI,  
I. LIPSIUS *dedicat conscratque.*



INTER Historiarum fructus, SER<sup>MO</sup> PRINCEPS, ego illum eximum semper habui, qui ad Sapientiam & rerum in orbe ADMIRANDARVM cognitionē ducit. Quis enim paullò altior & attētior eas legit, qui non diuina illa opera obseruet, magna imperia stabilita, aut diruta: & in iis imaginem quamdam Prouidentiæ simul & Potentiæ diuinæ? Ita profectò se res habet. sicut vñus in superis Deus est, qui machinam hanc totam moderatur & temperat: sic in terris velut Curatores & Vicarios quosdam suos constituit, qui in partibus eam tueantur & administrent. Atq; horum quosdam crescere voluit in magnas opes, copias, opera:

A 2 quid

І. L I P S I  
ADMIRANDA,

sive,

DE MAGNITUDINE  
ROMANA.  
LIBER.

CAPUT I.

*Occasio & ingressio sermonis.*



I E s æstuosus erat, & quales Julio men-  
sc per Caniculam solent. Venit ad me  
A V D I T O R , & Numquid turbo? in-  
quit, non opinor. Otiari te cùm tempus,  
tum & mos iubet, qui publicas Ferias  
nunc indixit. L I P S . Otiamur. non ob  
causas à te dictas solum, sed ob quam  
minimè vellecm. Ea valetudo est, sem-  
per molesta, nunc magis in isto æstu. O si Spada me habeat:  
quam mc recreem & refrigerem ambulando, bibendo: A V D .  
Omitte Spadain, illam cursus tui palæstram. Satis nobis, se-  
mel sic pro te timuisse. Nam quid proprius factum, quam  
ut nobis eripereris, ad alios translatus? L I P S . Factum. nec  
vñquam ego propior periculo fui, nec manifestiore Dei ma-  
nu ereptus. Ille me tuitus est, & reddidit vobis. Utinam &  
eos redderet iungeretque per bonam pacem, qui sic abiuncti:  
O quam suavis vita sit! quam iuuet communione illâ terra-  
rum hominumque frui! A V D . Ne despera.

\* Οὐτοι μῆνας ἀγωνίηρησι σερδεῖς, καὶ τριαντάρες.

\* Nondum  
et hermen-  
ses, nec vol-  
vere desit  
annos.  
Theost.

**A N T V E R P I Æ,**  
**E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,**  
**A P V D I O A N N E M M O R E T V M .**  
**M. D C. V.**



AMAL

MVT